

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Septem psalmi poenitentiales

Hofmann, Caspar

Norimbergae, 1623

CXXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-138667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138667)

Felix perpetuo, & vegeta radice perennis,
 Quae spe cum teneat, quid me jam macero frustra?

CXXX.

Ad te, magne DEUS, suspiro ex pectoris imis,
 Ut sis auxilio consilioq; mihi.
 Da mihi te facilem, da te mihi quasi benignum;
 Nec surda querulas negligito aure preces.
 Ah, DEUS, ah, lanci peccata appendere iuste,
 Si velis, ah, faciem quis pote ferre tuam?
 Peccavi, & densa scelerum premor undiq; turbam,
 Vin' tu Justitia Gorgona terribilis
 Objicere, & sortem turpi me dedere noxa!
 Et potes, & par est ista mihi fieri.
 Mansuetum sed enim quoniam te comperi abunde,
 Et pronum culpas porricere Oceano:
 Nil jam despero, sed nitor amore paterno,
 Fortiter inclamans, Affer, o, Affer opem.
 Nempe, soles lapsis ultrò succurrere rebus,
 Ut proprium ex omni hoc sit tibi parte decus.
 Et jam securus rerum, certusq; salutis
 Expecta certa gratiam opemq; fide.
 Nec mihi difficilem in nares mora conceiat iram:
 Expecta sacrum temporis articulum.

B

Ac

*Ac veluti custos per opaca silentia noctis
 Sæpè oculis cæli dextera signa notat.
 Ecquando roseo Titbonia surgat amictu,
 Et mundo aternam restituat faculam:
 Sic in connixio te lumine contuor unum,
 O DEUS an tandem prodeat auxilium!
 Discite Jacobida FORA spem ponere in uno,
 Unus quippe potest pro bonitate sua
 Largiri veniam commissi criminis. Eja,
 Jacobida passis accipite hanc manibus.*

CXLIII.

A *Vdi, quas, preces, DOMINE, & patula aure
 (capesse
 Hos gemitus, lacrymasq; imo de pectore tractas,
 Annue, nec dubita, namq; hæc promissa fides est.
 O, si tu stricto velles procedere jure,
 Perierint homines, quotquot Sol aureus unquam
 Vidit, & aterna fuerint sacra victima mortis!
 Ecce tibi, gladio jugulum petit hostis acuto,
 Hei mihi, ut ingenti vi brachia tollit! ut ictu
 Me necet indubio, tenebrisq; addicat opertis.
 Hinc cura estrices, hinc spes incerta futuræ
 Exercent parvidam longo discrimine mentem,*

Quin